

scens, ivit enim eis ad cacumen montis, ubi eum occidere cupiebant, nec suis sociis hoc revelavit, quia martyrium affectabat; sed subito orta tempestate, pluviae et grandines ita montem obtexerunt, quod maligni qui eum volebant occidere nihil viderent. Tunc sanctus Amandus tandem oravit, donec reddita

A serenitate et visu recepto ad propria redierunt. Multa quidem et alia miracula fecit Deus meritissimi sancti Amandi quae hic scripta non sunt. Hic quoque plenus dierum et operibus bonis migravit ad Dominum.

S. AMANDI CHARTÆ.

[Ex Brequigny, Diplomata, Chartæ, Leges.]

I.

Chartera qua sanctus Amandus villam Barisiacum Andreæ abbati donat, ad monasterium ædificandum ^a (ann. 664).

Com præsentium rerum status celeri cursu noscitur dilabi ad ruinam eternam, modo eternis compemus sedibus permanere que in alimonia servorum Dei vel peregrinorum conferimus, hortante nos ac monente scriptura divina, dicente: Facite vobis amicos de marmona iniquitatis, qui vos recipient in eterna tabernacula; et alibi: Jubemus condere thesauros in celo ubi fur non appropiat. Proinde ego Amandus miserrimus et peccator, pro remedio anime meæ vel retributione vite eterne, ea que michi a Deo vel ex munificentia regum domini Childerici regis, nec non et precelße domne Chilnechildis regine per eorum preceptionem nobis fuerunt collata, hoc est villam nuncupatam Barisiaco, in pago Laudunensi sitam, ubi cenobium in loco cognominato Faverolas, in honore sancti Petri et Pauli apostoli, vel reliquorum dominorum sanctorum sub regula ^b domini Benedicti seu domini Columbani construere inchoavimus, ubi virum venerabilem Andream abbatem presulimus; et ipso loco vel villa superius nominata Barisiaco cum omni integritate vel adjacentia ad se pertinetia dedimus ad edificandum; nec non et locella nuncupata ^c in Cinciniaco quem vir illustris Fulcoaldus dux per suam epistolam, cum jure et soliditate sua nobis pro anime sue remedio contulit, seu et mansum qui est infra muros civitatis Laudunensis, quem vir venerabilis Gonlinus archidiaconus nobis per cartulam donationis noscitur delegasse; nec non et vineam in fine Crispaciense, cum vinitore nomine Wulberone, nobis vir illustris Chedenoaldus quondam dedit, seu et terram quam antedictus Chedenoaldus, nec non et illustris vir Vulsmarus super fluvio Sessmercia, ad monasterium edificandum in primis dederunt: hec omnia superius nominata a die presente

^a Edimus ex apographo in chartophylacio nostro reposito, exscripto anno 1773 a domino Queinsert congregationis Sancti Mauri, ex chartulario XIII seculi, in archive Elnonensis monasterii. Jam Cointius, Annal. t. IV, pag. 83, et Mabilionius, Act. SS. ord. S. Ben. sæc. II, pag. 1044, chartam hanc vulgariter, ex eodem, ut videtur, chartulario de-
prompttam.

^b Italico charactere scripta expungit Cointius, quasi textui inserta, cum regulam sancti Benedicti non impositam fuisse ascetis Barisiensibus ab Amando contendat.

B ipsius abbatis sua ditione ibidem consistente tradimus atque transfundimus, ita ut ab hac die ipsum monasterium vel villam saepè nominatam Barisiacum, cum integritate vel adjacentiis suis, seu et locellis superius conscriptis, cum omni soliditate eorum, ut superius diximus, id est, domibus, edificiis, curtferis, accolis, campis, vineis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, vel reliquis quibuscumque beneficiis, habeat, teneat, possideat, suisque successoribus, auxiliante Domino, in perpetuum possidendum derelinquit. Si quis vero vel quelibet opposita persona, quod fieri non credimus, contra hanc cartulam deliberationis, quam ego spontanea voluntate mea fieri rogavi, irrumperet aut temptare voluerit, in primis iram divinitatis incurrit, et ab omnibus liminibus sanctorum excommunicatus appareat, et insuper inferat vobis cum socio fisco auri libras x, argenti pondera xx, et coactus exolvat, et nichilominus presens cartula deliberationis omni tempore firma permaneat; et, ut circa vos cartula firmorem optineret vigorem, manus nostre subscriptione subter eam subscriptimus. Actum Lauduno civitate, xviii Kal. Septembris, ^d anno v regni domini nostri glorioissimi Childerici regis. In Christi nomine ego Radebertus dyaconus mea manu hanc chartulam deliberationis, rogante domino Armando, scripsi et subscripti. Notavi diem et tempora. Ego Amandus peccator hanc epistolam a me factam subscripti, et eos qui subscripti rogo. In Christi nomine Attola, ac si peccator episcopus, subscripti. Ego Paulus presbyter subscripti. ^e Ego Willo presbyter subscripti. Bertuinus subscripti. Vafinus dyaconus subscripti. Althecarius presbyter subscripti. ^f Gislehardus subscripti. Ynnius subscripti. Grinbertus subscripti. Gleibaldus, quod manu domini Amandi conscriptum vidi, subscripti. Dado subscripti. Martinus dyaconus subscripti.

^c In Cinciniaco, id est, in territorio loci de Ciceri, qui parum a Barisiaco distat. Male in editis uno verbo Jucinciniaco.

^d Annus v regni Childerici II concordat cum anno Christi 664 aut 665. Vox autem Childerici deest in editis a Cointio et Mabilonio.

^e Voces Ego Willo presbyter subscripti desunt in editis.

^f Voces Gislehardus subscripti, pariter in editis omissæ. Variae lectiones, si quæ aliae, nullius momenti visæ sunt.

II.

Codicillus sancti Amandi, de sepultura sui corporis ^a
(ann. 675).

In nomine Domini Jesu Christi, ego Amandus miserrimus et peccator. Credimus ubique divinam nos pietatem regere et clementer salvare velle, quia et ingressum nostrum in mundum et exitum de mundo ante sacula ipse prænoscit. Proinde omnibus non habetur incognitum qualiter nos, longe lateque per universas provincias seu gentes, propter amorem Christi seu verbum Dei annuntiare, vel baptismum tradere, discursum habuimus; et nos de multis periculis pietas Dei eripuit, et usque tempore ipso perducere dignatus est. Sed dum jam corpore fesso et multis laboribus fatigato, jam in summa senectute pene corpore præmortuo exitum de hoc mundo in proximo habere speramus, et quia nos Deus in istum locellum qui vocatur Elnonis perducere dignatus est, quem super largitate regia proprio labore visi sumus construxisse; si nos ibi Deus de hoc mundo decreverit emigrare, peto, et coram Christo Jesu Filiῳ Dei, conjurare præsumo ut nulli episcoporum vel abbatum, seu sacerdum virorum, aut quibuslibet potestatibus hoc contrarium sit, ut corpusculum meum in ipso monasterio quod superius diximus ^b Elnone, inter illos fratres requiescat, ubi jam nos ad ipsos fratres et corpore et anima commendavimus; et si itinere, aut ubiubi fluis noster provenerit, ad ipsum locum quem superius memoravimus corpusculum nostrum licentiam habeant fratres vel abba de ipso monasterio Elnone ibidem revocare. Si quis

^a Editus in sancti Amandi Vita, apud Boll. ad diem 6 Februarii, a Philippo Harvengio, abate Bonnaspesi, scripta saeculo XII; a Mabillonio recensus in Actis SS. ordinis sancti Benedicti, saeculo II, pag. 703, ex codice Inoneusi, in quo belle depictæ erant imagines subscriptientium, quas æri incidentes curavit idem Mabillonius, in Annalibus, tom. I, pag. 628. Iterum Amandi codicilium typis mandaverunt Constantius, Ann. tom. III, pag. 742, Miræus quoque, Oper. dipl. tom. I, pag. 8, et Fast. Belgic. ad diem 6 Febr. Editionem Mabillonii sequitur. Foppenus, in notis ad opera Miræi diplomatica, ubi supra, hoc instrumentum referendum censem ad annum Christi 661; et,

A vero contradicere, aut de ipso monasterio corpus meum per fortia abstrahere, aut temerario spiritu contradicere voluerit, imprimitus sanctæ Trinitatis incurrat offensam, et ab omnibus Ecclesiæ catholicae excommunicatus appareat, et a societate sanctorum extraneus efficiatur, et damnationem quam Dathan et Abiron sustinuerunt, quos infernus vivos absorbut ipse sustineat, et sit anathema maranatha, quod est perditum, in adventu Domini nostri Jesu Christi; et nec sic nostram voluntatem mutare valeat, sed hæc deliberatio nostra in perpetuo firma et inviolata permaneat; et, ut certius credatis, manu propria subscripti et omnibus hominibus Deum timentibus ut subscriptant supplicamus et rogamus. Quam epistolam fratri nostro Baudemundo presbytero fieri rogavimus. Facta epistola in monasterio Elnone, anno secundo regni domini nostri Thodorici gloriosi regis, sub die decima quinta Kalendas Maii. Ego Amandus peccator hanc epistolam a me factam consensi et subscripti. Ego in Christi nomine Reolus, ac si peccator subscripti. Ego in Christi nomine Mummolenus episcopus subscripti. Ego in Christi nomine Vindicianus ac si peccator episcopus, hanc epistolam, rogante domino Amando, consensi et subscripti. Ego Bertinus abba subscripti. Ego Aldebertus abba subscripti. Ego Johannes, rogatus a domino Amando, consentiens hanc epistolam subscripti. Ego Baudemundus peccator, jubente domino meo Amando, hanc epistolam deliberationis suæ subscripti et subscripti.

C

ut id cum nomine regis tunc regnantis conciliet, conjicit legendum annum 2 Chlotarrii, pro anno 2 Theodorici. Sed nomen Theodorici servandum esse arguit Constantius, ann. ubi supra, ex subscriptionibus episcoporum, abbatum, et ipsius Baudemundi scriptoris, quas omnes expendit. Mensis autem Aprilis anni 2 regni Theodorici III incidit in annum Christi 673.

^b Votum assecutus est Amandus; sepultus enim fuit in monasterio Elnonensi, teste Baudemundo, qui et codicillum exaravera, et Vitam sancti Amandi litteris commendavit. Obiit Amandus anno octagesimo, ætate Christianæ 679.

HYMNI DUO ANTIQUI IN HONOREM SANCTI AMANDI.

[Ex Actis Sanctorum, mens. Febr.]

Amande, præsul optime,...
Amando Christum congruum,
Audi tuorum dulcia,
Quæ concinunt, gratissimo
Dum floristi corpore,
Dignus tuo qui nomine,
Sortitus es vocabulum,
Vernaculorum carmina
Præcordiorum gaudio.

Mundum replesti lumine.
Astrum poli nunc splendidum
Pater pius, pastor bonus,
Has recreando fluminè,
Frater pupilli flebilis,
Patrem vocavit orphanus,
Cæcis ocellus lucidus,
Perir'que ligno pendulus,
Quid plura, miles inclyte,

Quicunque venit debilis,
Nunc Abrabæ vernantibus
De Jesu dulci corpore,
Jam copulatus inclytis
Vertex rubescit gemmulis,
Nosiri memori sanctissime
(Tuus popellus adsumus)
Ut quando Jesus venerit
Non segregemur a tuo,